Fragmentarium

LXIII Sed uilico iniquitatis ex dis similitudine quod debitum domini sui arte sollertiore minuerat introducit non posse deo seruire quemquam et mammone. Auaros increpat pharisaeos legemque dicens uel prophetas usque ad iohannem baptistam et quod dimittens quis uxorem moechatur.

LXIIII In misericordem diuitem purpuratum et pauperem lazarum introducens ostendit quales sunt passuri peccatores si sic merentur puniri tenaces.

LXV Cauendum scandalizantium paenitenti uero fratri etiam septuagies septies praecipit remittendum.

LXVI Augeri sibi poscunt apostoli fidem et audiunt de translatione arboris facultatem per fidem. Itemque similitudinem de seruo arante uel pascente docet ut inutiles se etiam implentes quae praecepta sunt fateantur.

LXVII Decem leprosis mundatis unus tantummodo et hoc alienigena ad gratias reuertitur referendas.

LXVIII Interrogatus de tempore regni dei respondit non cum obseruatione uenturum eumque fulgori comparans occupandos eos dicit homines sicut in diebus noe et loth et duobus in lecto in mola et in agro singulos adsumendos et singulos pronuntiat relinquendos.

LXX Ad temporandum parabolam de uidua ponit ultionem de aduersario suo ab iniquo iudice postulante.

LXXI Oratione pharisaei in templo et publicani proposita docet non iactanda merita sed confitenda peccata. Z sicut operienda

LXXII Paruulos ad se uocatos prohibens humilitatem sub eorum nomine signi

LXXIII Interrogat diues de possidenda uita aeterna secunda responsione tristis abscedit et relinquentibus propter nomen suum temporalia dona aeterna promittit.

LXXIIII Tradendum se hierusolimis passurumque praedicit.

LXXV Iuxta hiericho ceco mendicanti lumen in praesenti restituit.

LXXVI Perambulans hiericho ceco zacheum publicanum absoluit quaerens saluum facere quod perierat.

LXXVII Parabolam ponit seruorum accipientium a domino suo decem minas ut negotiarentur et ciues et inimicos regni sui pronuntiat perimendos.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFlat05288_089_f040r – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6496)